uidimus quã magnum est; queramus etiã quã profundũ sit, non
tantũ eius superficie delectemur, sed etiã altitudinem perscrutemur,
Habet enim aliquid intus hoc quod miramur foris; uidimus,
spectauimus magnum quiddã, praeclarũ quiddam, & omnino
diuinũ, quod fieri nisi a dõ non possit; laudauimus de facto fac
torẽ; sed quemadmodũ si litteras pulchras alicubi inspiceremus,
non nobis sufficeret laudare scriptoris articulũ, quod eas pari
les, aequales, decoras fecit, nisi etiã legeremus quid nobis per illas
indicauerit; ita factũ hoc qui tantũ inspicit, delectatur pul
chritudine facti ut admiretur artificem; qui autẽ intellegit,
quasi legit; Aliter enim uidetur pictura, aliter uidentur litterae,
Picturã cũ uideris, hoc ẽ totũ uidisse, laudasse, litteras cũ uideris
non hoc ẽ totũ, quõ commoneris & legere; Etenim dicis cũ uideris lit
teras, si forte non eas nosti legere, quid putamus esse quod hic
scriptũ ẽ; Interrogas quid sit, cum iã uideas aliquid; aliud tibi
demonstraturus ẽ a quo quaeris agnoscere quod uidisti; Alios ille
oculos habet, alios tu; nonne similiter apices uidetis; sed nõ simili
ter signa cognoscitis; Tu ergo uides & laudas, ille uidet, laudat,
Legit & intellegit; Quia ergo uidimus, quia laudauimus, le
gamus & intellegamus; Dñs in monte, multo magis intellegamus
quia dñs in monte uerbũ est excelsũ; Proinde non quasi humi
liter iacet quod in monte factũ ẽ, nec tamen transeunter prae
tereundũ ẽ, sed respiciendũ; turbas uidit, esurientes agnouit,
Misericorditer pauit, non solũ pro bonitate, uerum etiã pro po
testate; Quid enim sola prodesset bonitas, ubi non erat panis,
unde turba esuriens pasceretur, nisi bonitati adesset po
testas; ieiuna illa turba & esuriens remaneret; denique & discipuli
qui erant cũ dño in fame, ut scriptum est, uolebant pascere, ut non
remanerent inanes, sed unde pascerent non habebant; Interroga
uit dñs unde emerentur panes, ut turba pasceretur; & ait scriptu
ra; hoc autem dicebat temptans eum discipulum scilicet philippum
quem interrogauerat; ipse enim sciebat quid esset facturus;
Quid ergo bono temptabat, nisi quia ignorantiam discipuli de
monstrabat; & forte in demonstratione ignorantiae dis
cipuli aliquid significauit, apparebit ergo cum ipsum sacra
mentum de quinque panibus coeperit nobis loqui, & quod significet

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
BIBLIOTECA APOSTOLICA VATICANA
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Biblioteca Apostolica Vaticana
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/bav/bav_pal_lat_207/0010